



**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorijs  
III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV.,  
Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges  
Francorum, Carolvm Martellvm, ...**

**Gretser, Jacob**  
**[München], 1613**

Admonitio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

Verum fidelem ipsum reuerendissimum & sanctissimum praefatum Episcopum, vestrum nostrumque reperientes nimis eum vobis commendari poscimus, vt secundum suam certam fidem atque dilectionem, quam erga vos & nos gerit, ita consolatus, prorsusq; totus, nobis poscentibus, à vestra praefulgida regali potentia mereatur per se \* clamare, vt dum per nostram suggestionem, vestram ampliatam super se praecipuam habuerit vndiq; beaiuolentiam, quietus pro vobis valeat fundere preces, nosq; in Confessione B. Petri, Apostolorum principis, solitas orationes enixius pro vobis fundentes, super omnes barbaras nationes victores inueniamini, atq; vna cum praecellentissima filia nostra, & spiritali commatre, domina Regina vestraq; nobilissima subole regni gubernacula, in æuum fruentes, in ætheriis arcibus cum sanctis omnibus regnare mereamini. Incolumem Excellentiam vestram gratia superna custodiat.

## ADMONITIO.

**N**Equae huic Epistola praefigitur. Periocha in Cod. M. S. Apud Baronium & Centuriatores ita concipitur. Ipsum mendacij arguit & obiurgat, quod Rauennam ad electionem noui Pontificis legatos suos direxerit. Sed quisquis hic Summarium fecit, parum attente Epistolam legit. Nullum enim in ea verbulum, ex quo euinci queat, Carolum, tantum Imp. mendacij accusatum esse. Absit haec accusatio à tanto Pontifice; qui neque Carolum obiurgat, sed simplici narratione exponit, quid vetus mos in Electione Archiepiscopi Rauennatis ferat; modestissime simul rogans, vt Carolus multolorum sermunculis aures suas occludat.

Dors-